918

periremet regentem transportaret. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad
solvendum succedo ac pro re aliqua praemissorum ex praemissis non completa complendo
praemissis statutis [illegible] memorati regentis Generosi Hiacinthi Dersniak auctius
successoris Ad instantiam Generosi Joannis Zamoyski vel ipsius
posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense [illegible] recessi
suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis
Termino tanquam peremptorio stare iuri parere [illegible] vadium Praechim
here inscriptum huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tene
bitur seque ac suos successores Ad eaque omnia obligat cunctos terminos primum
peremptorium et alios omnes consequenter tanquam terminos semper
peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legone in
fra Delecta Regnum servitio militari ad munimenta ad [illegible] vel
aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non obstantibus ad quo
tationem ultra [illegible] terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dil
lationem sibi non recipiens nullasque [illegible] appellationes ac [illegible]
quitiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel [illegible] quasi
nibus suspensione fatalis iuris praescriptione [illegible] bello Conventionibus
Vel aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo
Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Sabbatho in crastino Festi Sancti Francisci Confessoris. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo.

5/x 1630

Opacki Pallatino Podoliae Cedit super quam cessionem coniunx consentit

Coram officio [illegible] cui pro tunc Generosus Mathias de Siecin Siecinski Pocillator Terre
Wyssogrodensis et Vicecapitaneus officii praesentis Castrensis Premisliensis praesidebat
et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Maximilianus Opa
cki personaliter comparens sanus mente et corpore existens a Dominis distibus iuribus
iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus rendo se vero cum successoribus

ac bonis

919

ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad
actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando et subiciendo palam li
bere ac expresse recognovit. Quia ipse inhaerendo litteris consensus Sacrae Re
giae Maiestatis ad missionem regnandi sibi clementer et gratiose per Sacram Re
giam Maiestatem concessi et collatis de omni et integro iure suo advitalitio quod
sibi ad bona Villa Wolka Korostynska in Capitaneatu praesenti Premisliensi
consistentia serviebat et competebat Iam omnibus eiusque iuris sui advitalitii
beneficiis et prerogativis praemissorum omnium iure Dominio proprietate et pra
rogativa. Necnon de summis in eisque bonis quovis modo existentibus ac bonis
praefatis eisque summis oneratis Cum omnibus eorumque bonorum praemissorum om
nium praediis curiis fundis advocatiis tabernis molendinis subditis kmetonibus
kmetonibus inquilinis eorumque laboribus [illegible] censibus datiis [illegible]
obsequiis universis laneis agris pratis campis pascuis sylvis nemori
bus [illegible] rubetis indaginibus stagnis piscinis fructibus redditibus obven
tionibus emolumentis utilitatibus attinentiis et pertinentiis universis nihil iuris
Domini proprietatis competentiae ac quovis modo usufructus et utilitatis ex prae
missis omnibus pro se vel suis successoribus aut aliis quispiam reservando seu
excipiendo sed in totum plenarie prout praemissa omnia sibi serviebant ac cum
dem regnantem Generosum Maximilianum Opacki iure advitalitio concernebat Iam
ex nunc Illustri et Magnifico Martino in Krasiczyn Krasicki Pallatino
Podoliae loci praesentis Premisliensi Lublinensi Dolinensi [illegible] et Capitaneo
et ipsius successoribus accepta ab ipso [illegible] praemissis omnibus plenaria et sufficienti sa
tisfactione cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus perpetuo
omnemque et integrum ius suum advitalitium praemissorum omnium in eundem Illu
strem et Magnificum Pallatinum Podoliae et ipsius successores totaliter et plena
rie transfert transfundit et in
vit transfudit transtulit et incorporavit prout praesentibus transfert transfundit et in
corporat perpetuo. Etiam ex nunc [illegible] regnans Generosus Maximilianus Opacki
dat et admittit praesentes praefato Illustri et Magnifico Pallatino Podoliae et ipsius
successoribus in bona supranotata praemissaque omnia praesenti abscessu realem intromis
sionem et actualem pacificamque possessionem cum praesentaneo usufructu quandocunque
voluerint acceptandam. Per Ministerialem quemcunque sibi adduxerint eligendum
iam ex nunc ab officio praesenti additum. Per ipsum Illustrem et Magnificum Martinum

in Krasiczyn Krasicki Pallatinum Podoliae et eius successores hoc iure cessum praemissorum omnium cum universis beneficiis et Prerogativis bona et praemissa omnia praedicta abscessa cum suis emolumentis et utilitatibus tenendi habendi possidendi paceq et quiete utifruendi ac in usus suos suorumq successorum quoslibet beneplacitos libere convertendi vigore consensus praefati Sacrae Regiae Mtis ad praemissa sibi serviendi praesentibusq cessi et transfusi iuris. Insuper idem regens Gnosus Maximilianus Opacki debebit et tenebitur put se ac suos successores dicti sup bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniis nunc habitis et in posterum habendis memorato Illri et Magco Pallatino Podoliae et ipsius successoribus inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores occasione praedicti iuris praemissorum omnium ab omni impetitione vindicatione quarumcunq personarum status sexus et conditionis cuiuscunq existentis ex parte sua et occasione sua suorumq successorum et non ultra exonerandi in omni iudicio et officio Regni totiens quotiens opus fuerit tam in toto quam in parte tueri defendere evincere et intercedere. Necnon hoc ipsum ius cessum praemissorum omnium ab omnibus iuribus et inscriptionibus per se in praemissis quibuscunq personarum factis et faciendis hinc inde quibusvis citationibus in eadem bona praemissaq omnia super se vel successores suos tantummodo importatis et importandis lucris deniq pluribus ac praeiudicialibus iuribus quibusvis super se et successoribus suis in eodem iure cesso obtentis vel obtinendis in quovis puncto et gradu iuris dependendis tam in toto quam in parte emundare et liberare. Ita ut idem Illustris et Magcus Pallatinus Podoliae suis cum successoribus praemissa omnia et bona praefata tam in toto quam in parte vigore praesentis condescensionis suae quiete et pacifice ex re parte sua et occasione eiusdem regentis possidere queat. Nec debet praedictis et cognoscens Gnosus Maximilianus Opacki et eius posteri praenotato Illustri et Magnifico Martino Krasicki Pallatino Podoliae et ipsius successoribus praefatam intromissionem et possessionem coram officio praesenti admissam in hoc idem ius cessum et bona eadem iuri adveritatis subiecta praemissaq omnia denegare immo tenebitur eandem effectuare tam in toto quam in parte dare et admittere dataque et admissa quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subornatas personas non adimere nec impedire ac in praenotatis bonis praemissisq omnibus abscessis ipsum Illrem et Magcum Pallatinum Podoliae et illius successores in toto et parte non iniuriari. Idq sub vadio Duorum millium florenorum pecuniae polonicae per praefatum regentem et ipsius successores supradicti Illustri et Magco Pallatino Podoliae et ipsius successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum

tam in toto

tam in toto quam in parte totiens quotiens opus fuerit ad solvendum et succumbendum. Nihilominus idem regens Gnosus Maximilianus Opacki dat et liberam concessit eidem Illustri et Magco Martino Krasicki Pallatino Podoliae et ipsius successoribus dat et liberam concessit Illustri et Magco Martino Krasicki Pallatino Podoliae et ipsius successoribus ac cuivis plenipotenti ipsius inscripto plenariam et omnimodam facultatem absolutamq potestatem inscriptionem praesentem cessionariam ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrae Premisliensis quandocunq voluerit transferre et transportare quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio ac prorsus aliqua praemissorum ex praemissis non completa citatus ex nunc memoratus regens Gnosus Maximilianus Opacki sive ipsius successores citati existentes Ad instantiam supradicti Illustris et Magci Martini Krasicki Pallatini Podoliae vel ipsius successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliensem ex hic recedendo ut supra a terrae districtibus iuribus iurisdictionibusq subque quibusvis propriis et competentibus se vero cum successoribus et bonis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad respondendum et inscriptioni praesenti in toto satisfaciendum incorporando in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere pro vadio praefato ac prorsus ipsa praemissa pro qua citabitur tam in toto quam in parte totiens quotiens opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur seq ac posteros suos obligat eundem primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ac ad munimenta vel aliis quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo ad quietationem ultra proximos Terminos officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac prosecutiones faciendo hunc praemissa omnia penitus simpliciter vel tricatis evasionibus fatalibus iuribus personis Terrae bello Conventionibus et aliis quibusvis iuribus remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante Literarum autem praefatarum Consensus Sacrae Regiae Mtis ex actis maioris Cancellariae Regni editarum sigilloq eiusdem Regni Cancellariae obsignatarum tenor sequitur talis. Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeq Necnon Suecorum Gottorum Vandalorumq Haereditarius REX.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis consensisse nos et permisisse consentireque et permittere praesentibus Generoso Maximiliano Opacki militi nostro ut possit et valeat de omni et integro iure suo advitalitio quod ipsi super advocatiam in villa Wolka Horoszynska in Capitaneatu Premisliensi consistens servit et competit Magnifico Krasicki Palatino Podoliae Premisliensi Lubomlensique nostro Capitaneo cedere illudque in personam ipsius transferre et transfundere quae quidem cessio iurisque transfusio postea quam coram actis Regni quibuscunque authenticis facta et recognita fuerit eam nos ratam et gratam habituri sumus ac tali quae praecedente hoc nostro consensu peragetur eiusque vigore ac praesentis consensus nostri memoratus Magnificus Pallatinus Podoliae dictam Advocatiam cum taberna molendino subditis hortulanis laneis agris pratis campis sylvis omnibusque et singulis attinentiis pertinentiis commoditatibus utilitatibus antiquitus eo spectantibus quamdiu vixerit tenebit habebit et possidebit. Promittimus autem pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris Nos Serenissimosque Successores nostros eundem Magnificum Pallatinum Podoliae quamdiu in vivis extiterit in usu et pacifica possessione memoratae Advocatiae eiusque attinentiarum integre conservaturos idemque Serenissimi Successores nostri praestabunt. Post mortem vero ipsius non prius dicta Advocatia ad nos dispositionemque nostram redibit quam summa in literis originalibus expressa vel ex taxa Commissariorum legitime proveniens Successoribus praefati Magnifici Pallatini Podoliae numerata et persoluta fuerint iuribus Nostris Regalibus Reique publicae Ecclesiae Catholicae ibidem salvis manentibus. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die XX Mensis Julii Anno Domini MDCXXX° Regnorum nostrorum Poloniae XXXXIII° Sueciae vero XXXVII° Anno Paulus Koludzki Sigismundus Rex.

Et hic subinde coram eodem officio Castrensi (cui pro tunc praefatus Generosus Vicecapitaneus officii praesentibus praesidebat) et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparens Generosa Feliceanna Sekelnicka praefati Generosi Maximiliani Opacki consors legitima una cum personali assistentia et consensu praesentaneo eiusque mariti sui et Generosorum Gaspari Wierzbicki ac Stanislai Bilinski amicorum suorum hic ipsi penes eam personaliter stantium et administrantium regnandi eique libere Consentiens sana mente et corpore existens a iuribus dictis iuribus suis

dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens se eum successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipsa super inscriptionem praesentem cessionariam per praefatum maritum suum praedicto Illustri et Magnifico Pallatino Podoliae modo suprascripto ratione praemissorum factam et recognitam de omni et integro iure suo sibi et in quantum ad praefata bona praesenti cessa competit et pertinet consensit praesensque consentit eandemque inscriptionem respectu iurium suorum in toto et totaliter approbavit confirmavit et ratificavit prout approbat confirmat et ratificat praesenti recognitione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Secunda post Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo.

7/X 1630

Popiel Patruo suo Tenetur.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Roman Popiel Fedorowicz sanus mente et corpore existens a iuris districtibus ab omnibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosus Iwan Popiel Romanowicz patruo suo eiusque posteris summam Trecentorum florenorum pecuniae Polonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum pro triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutua... tenetur atque debet. Quam quidem summam apud ipsum per se recognoscentem pecuniis... idem recognoscens se suosque successores in et super bonis suis gratis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eique creditori suo eiusque posteris inscribit et obligat hinc pro Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam in rubro ab eodem officio non efficiendum vel nec arrestare vel quovis alio modo impugnare. Idque